



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

M. Fabii Quintiliani Institutionum Oratoriarum Libri Duodecim

Summa diligentia ad fidem vetustissimorum codicum recogniti ac restituti

Quintilianus, Marcus Fabius

Lugd. Batav. ; Roterodami, 1665

Cap. III. De rumore & fama.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12945

& decreta principum vel magistratum, remedium nullum est, nisi aut inventa quantulacunque causæ differentia, aut aliqua vel eorundem vel ejusdem potestatis hominum posterior constitutio, quæ sit priori contraria: quæ si deerunt, lis non erit.

præjudiciis & temere judicium consti- | dum lex posterior derogat priori, ita quo-
tuerunt, non penitus re inspecta. *Idem.* que posterior constitutio aut posterius
Eiusdem potestatis. *I* Quemadmo- senatusconsultum derogat priori. *Idem.*

C A P. III.

De rumore & fama.

Famam atque *rumores* pars altera consensum civitatis & 3
velut publicum testimonium vocat: altera sermonem
sine ullo certo auctore dispersum, cui *malignitas* initium
dederit, incrementum *credulitas*: quod nulli non etiam in-
nocentissimo possit accidere fraude inimicorum falsa vul-
gantium. Exempla utrinque non deerunt.

Docet Cicero in Topicis *famam esse*
quoddam civitatis testimonium, itaque
esse quasi quædam multitudinis præ-
judicia: igitur momentum habet ad con-
firmandum. quid autem dici possit pro
ea & contra eam, docet hoc loco Fa-
bius. Quæ si contra pro nobis faciunt,
dicemus vix unquam temere nasci, quin
subsit aliquid veri, alioqui in ore om-
nium non posse versari: aut si quo casu
falsa nata sint, evanescere protinus. Ve-
ra etiam nonnulla auctoritate compro-
babimus. *Cæsar dimittit uxorem, non ob-*
crimen, sed quid suspicione adulterii effe
aspersa. Cic. Philip. 2. Plausum trahit in
consensum populi libertatem cupientis.
Si vero contra nos faciant, dicemus mi-
nime tutum esse credere famæ populari,
qua ut nonnunquam vera dispergat, sæ-
piissime tamen mentiatur. eamque pri-
mum ex loquutulei alicujus aut invidi
fabula nasci, ei incrementum addere
vulgi credulitatem: qua plurimos mi-
serere circumactos fuisse constet innocen-
tissimos. Igitur instabilitatem auctori-
tate non esse amplectendam confirma-
bimus, & optima paucis semper pla-
cuissle. Turneb.

C A P. IV.

De tormentis.

Sicut *in tormentis* quoque, qui est locus frequentissimus, 4
scum pars altera quæstionem, vera fatendi necessitatem
vocet,

Tormenta appellantur quæ adhibito
corporis cruciatu veritatem expri-
munt. dicuntur etiam *quæstiones*, quæ do-
loris vehementia verum inquirant. *Tarn.*
X 2 Quid